



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Quod status monasticus vetustus sit, & incrementum à Samuelis, Eliæ, &
Prophetarum tempore acceperit. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](#)

DE RELIGIONE ET MONASTERIIS.

habet quodlibet tempus modum, ratione & finem, quo apte Deo seruire licet. Ad eò ut quisq; qui se à plebe plebisq; vulgari vita se iungere, & nonnihil amplius sponte Deo in ipsius ieruitio ex charitate maiori, quam sibi præceptum esset, aut necessario obligatus foret, offerre voluisse, suo æuo locum repererit, qui ad hoc ipsi pro ratione temporis accommodus destinatusq; fuerit, vt in eo strictius, sincerius, feruentius, constantius & perfectius Deo ministrare potuerit. Videmus namque, quod eodem etiam, sicut hodie, tē-
pore ordines multiplices existant, qui omnes ad vni cum statum monasticū ordinē & referri debeat. In quibus tamen aliz atque aliz monastice personæ non si personæ ve-
bi in omnibus congruent, in quibus suum vsum consuetudinemq; seruant, non in om-
nibus con-
tamenfi in summis, velut tribus illis votis & consilijs ex sacro Euangeliō de-
fumptis, sibi conueniant. Etiam in eo sibi consonant, quod in vnum finem
tendunt; hoc est, quod (gratia suscepit sui instituti) ad perfectionem chari-
ritatis Dei pertinere omnes enituntur, qua cuncta Dei præcepta & bona o-
pera rite ac probè peraguntur.

Quod statu monasticu vetustus sit, & semper incrementum à Samuelis, Eliæ
& Prophetarum tempore, accepit.

Caput VII.

SAt iam de monastico religioso in instituto dictum scriptumq; foret si sā-
ctis patribus & doctoribus Hieronymo, Ambrolio, Augustino, Basilio,
Ioanni Chrysostomo, & ante hos Dionysio, fidem quis ad libere vellet,
Qui omnes sanè multum studuerūt monasteriorum religiosorumq; emulis
ostendere, quod huiusmodi institutum vetus sit, & non nuper inuentum,
quod semper in maiori ad Deum desinzione, & malæ libertatis carnis re-
pudiatione augmentum sumperit. Quod pulchre Sanctus Bernard, in qua-
dam benè longa epistola, imo libello ad Carthusianos scripto ostendit. Vbi
commendat eos quod vita solitaria quæ interierat, & non nisi ex libris erat
cognita, per ipsos recuperata & instaurata esset. Et inter alia multa verba
consolatur eos contra detractores ipsorum solitarie & anachoreticae vitæ,
cùm inquit, quod non obici illis posset, quod nouum institutum confin-
xissent, cùm, quæ in illis putaretur esse noua, res esset antiqua, quæ prope-
modum perierat: quod antiquam illam (quæ defecerat, & in obliuionem
venerat) eremiticam vitam refuscitassent, & in medium protulissent, cuius
ante initatores & inchoatores, non solum D. Anthonium, Arsenium, Hi-
larionem, Macharium, aut Paulum & his similes, verùm etiam eos, qui A-
postolorum & sancti Marci tempore in Alexandria in desertum se cōulerūt,
habuissent: item sanctum Ioannem Baptistam, & an eos etiam qui tempo-
re Eliæ & Elisei prophetarum solitariam religiosamq; vitā, ad tempus vñq;
Christi, duxerunt: Qui omnes ipsis alij qūs, exemplar, propago, ducatus,
causa, institutio principiūq; fuiss: qd vnde talis multiq; alij eremitici mo-
nasticiq; modi ordines prognati deriuatiq; essent. Nam, vt commemorare
ceperam, fuerunt tempestate Samuelis cœrus religiosorum virorum obse-
quio & laudi Dei consecratorum. Qui ad tempus vñque Eliæ (cui magnus in-
erat zelus eundem statum conservandi & multiplicandi) durauerunt. Qua-
propter

Vide D. Ber-
nardum in
epistola ad
fratres de
morte Dei
de vita soli-
taria.

Inchoatores
vitæ mona-
sticæ qui
fuerint.

Samuelis
tempore
in cenobia
fuisse.

propter cūm ab ijs abripiendus & in paradisum vēhēndus esset, Elīsēum ip-
fis p̄ceptōrem spiritualemq̄ magistrū p̄fecit, sub quo ita, sicut sub alijs
suis p̄decessoribus prophetis, viuebant, velut nunc monachi sub vno Ab-
bate vel priore in obedientia pro spiritali moderamine degunt. Qua de causa
prophetarum filij, non quasi ab ijs omnes geniti, sed t̄p̄ quam eorum disci-
puli in ministerio, laude & cultu Dei, dicitur erant. H̄i montem Carmelum
incolebant, quorum denum numerus in tantum excrevit, vt ad Elīsēum

Filij Pro-
phetarum
cur sis dicti.
4. Reg. 6.

tanquam superiorem suum venirent, & ei de angustia loci, in quo morabā-
tur, conquererentur, desiderarentq; vt sibi alio in loco domiciliū exedifica-
re licet, sicut in quarto libro Regum offēdere poteris. Ita continebat, vt
plurimi in monte Carmelo manerent, nulli apud Iordanem, nonnulli in
monte Ephraim, quidam Hierosolymis, alij in suburbis morarentur, vbi
suis ceremonias legemq; obseruabant. Multi etiam in Galgala, nonnulli in
Bethel, in Sarepta quoque, in Samaria, in Hiericho, & vbi īe sustentare po-
terant, habitabant. Si quidem pericutiones patiebantur à regibus, p̄fē-
tim ijs, qui ad idololatriam descierant, qui ipsos vt singulares cultores, mi-
nistros, laudatoresq; Dei, ipsiusq; laudis buccinatores odio prosequeban-
tūr: siquidem facilē dignosci poterant ob specialem amictus habitum, quo
aliter ab alijs hominibus (sicut nunc monachi) vēstiti erant. Hos omnes ve-
teris testamenti monachos sanctus Hieronymus nominat in epistola de mo-
nachorum origine ad rusticum scripta, sic inquiens: Filij prophetarum (quos
monachos in veteri testamento legitimi) edificabant sibi casulas prope flu-
enta Iordanis, &, turbis vrbium derelictis polenta & herbis agrestibus vi-
tēbant. Et in alia epistola ad Paulinum exarata, ait: Habet vnumquodq;
propositum principes suos, quos imitetur. Et cum multis verbis (hic pro-
pter breuitatem omisssis) recēseat, quam multa proposita & sc̄tæ suos p̄-
fides, quos imitentur, habeant, tandem concludens, dicit. Nos autem (de
monachis loquitur) habeamus propositi nostri principes Paulos & Antoni-
os. Julianos, Hilariōnem, Macharios. Et vt ad scripturarum autoritatem re-
deam, noster princeps Elias, noster Elīsēus, nostri duces, filij prophetarum,
qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope
fluenta Iordanis. De his sunt & illi filij Rechab qui vīnum & ficeram non bi-
bebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Hieremiam voce laudan-
tur, & promittitur eis, quod non deficiat de stirpe corum vir stans coram
Domino.

*Quod prima vita Apostolorum & Sanctorum in Hierusalem in principio fidei
fuerit, qualis nunc est vita monastica.*

Caput VIII.

Christiano-
rum primā
vīendi ra-
tionē nihil
à monastica
dīscēpātē.
Act. 11.

VT autem eorum, qui se talium religiosorum hostes palam profitentur,
os melius obſtruatur ad nouum testamentum venimus, & veriſime
affirmamus primum modum formamq; vīae Christianæ, quæ à fan-
to Petre vna cum reliquis Apostolis & discipulis, qui post ascensionem
Christi venerant, ducta fuit (vt in Actibus Apostolorum scriptum haberur)
noraliā ea quæ ceptā sī intentione & forma, quam nunc est monastica,
fuisse.

